1.

honoribus precedamus. Per. Commu[nio] In

Populus syon ecce dominus
ueniet ad saluandas gentes et audi
tam faciet dominus gloriam uocis
sue in leticia cordis uestri. V. Qui
regis israel intende. euouae. Colla[cta]

Excita domine corda nostra ad preparan
das unigeniti tui uias. ut
per aduentum purificatis tibi
mentibus seruire mereamur. Per.

Lectio ad romanos.

Fratres: Quecumque
scripta sunt ad nostram doctri
nam scripta sunt: ut per patientiam
et consolationem scripturarum spem
habeamus. Deus autem patientie et
solacii det uobis idipsum sapere in
alterutrum secundum ihesum christum: ut
unanimes uno ore honorificetis
deum et patrem domini nostri ihesu christi.
Propter quod suscipite inuicem:
sicut et christus suscepit in honorem

dei. Dico enim ihesum christum ministrum
fuisse circumcisionis propter ueritatem
dei: ad confirmandas promissiones
patrum. Gentes autem super misericordiam
honorare deum: sicut scriptum est.
Propterea confitebor tibi in gentibus:
et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit.
Letamini gentes: cum plebe eius.
Et iterum. Laudate omnes gentes do
minum: et magnificate eum omnes
populi. Et rursum ysaias ait. Erit
radix iesse: et qui exurget regere
gentes. in eum gentes sperabunt.
Deus autem spei repleat uos omni gau
dio et pace in credendo. ut habu
detis in spe: et uirtute spiritus sancti. Gr.

Ex syon species decoris eius
deus manifeste ueniet. V.
Congrega te illi
sanctos eius qui ordinauerunt
testamentum eius super sacrificia.

UNIV. BIBL. HELS. Mscr.

M 6

Alleluia.

V. Letatus sum in his que dicta
sunt michi in domum domi
ni ibimus. V. Stantes erant pe
des nostri in atriis
Jerusalem. S. lucam.

In illo tempore Dixit ihesus discipulis suis.
Erunt signa in sole et luna et stel
lis: et in terris pressura gentium pre con
fusione sonitus maris et fluctuum.
arescentibus hominibus pre timore et
exspectatione: que super venient
universo orbi. Nam virtutes celorum
movebuntur. Et tunc videbunt
filium hominis venientem in nube:
cum potestate magna et maiesta
te. His autem fieri incipientibus: re
spicite et levate capita vestra quoniam
appropinquat redemptio vestra. Et dixit
illis similitudinem. Videte ficul
neam: et omnes arbores. Cum iam
producunt ex se fructum: scitote
quoniam prope est estas. Ita et vos cum
videritis hec fieri: scitote quoniam prope
est regnum dei. Amen dico vobis:
quia preteribit generatio hec. do
nec omnia fiant. Celum et terra tran
sibunt: verba autem mea non transient.

Offer.

Deus tu convertens
vivificabis nos et plebs tua
letabitur in te ostende no
bis domine misericordiam tuam
et salutare tuum da nobis.

Secr.

Placare domine humili
tatis nostre precibus et hostiis. et
ubi nulla possunt suffragia me
ritorum: tuis nobis succurre presidiis. Per

Co.

Jerusalem surge et sta in excelso

2

e- nus usque ad summum eius.

Indignos nos quaesumus domine famulos tuos. quos actionis proprie culpa contristat: unigeniti tui filii adventu letifica. Per. *Lc ysaie prophete.*

Hec dicit dominus deus. Super montem excelsum ascende tu qui evangelizas Syon. Exalta in fortitudine vocem tuam: qui evangelizas Iherusalem. Exalta noli timere. Dic civitatibus iude. Ecce deus vester. Ecce dominus deus in fortitudine veniet: et brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo: et opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos. et in sinu suo levabit eos: dominus deus noster.

Domine deus virtutum converte nos et ostende faciem tuam et salvi erimus.

Excita domine potentiam tuam et veni ut salvos facias nos. *Colla.*

Presta quaesumus omnipotens deus. ut filii tui ventura sollempnitas et presentis nobis vite remedia conferat: et premia eterna concedat. Qui tecum.

Hec dicit dominus deus *Lc ysaie prophete.* Christo meo Cyro cuius apprehendi dexteram: ut subiciam ante faciem eius gentes. et dorsa regum convertam. Et aperiam coram eo ianuas: et porte non claudentur. Ego ante te ibo: et gloriosos terre humiliabo. Portas ereas conteram: et vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos: et archana secretorum. ut scias quia ego dominus qui invoco nomen tuum deus israel. Propter servum meum iacob: et israel electum meum. Et vocavi te nomine tuo: assi-

[S]imulaui te: et non cognouisti me.
Ego dñs et ñ est amplius: extra me ñ
est deus. Accinxi te. et ñ cognouisti
me: ut sciant hii qui ab ortu solis
et qui ab occidente: qm̄ absque me
ñ est ds. Ego dñs. et ñ est alter. formans
lucem: et creans tenebras. faciēs pa
cem: et creans malum. Ego dñs:
faciens omīa hec. Rorate celi desu
per et nubes pluant iustum: ap
periatur terra et germinet saluatorē.
et iustitia oriatur simul: Ego dñs:
creaui eum. Excita domine
potentiam tuam et ueni
ut saluos facias nos.
Qui regis israel inten de
qui deducis uelud ouem io
seph qui sedes sup cherubin
appare coram effraim
beniamin et manasse.

Oratio

[P]resta qs omps ds. ut qui iuste
pro peccatis nris affligimur: pietatis
tue uisitatione consolemur. Qui uiuis
[L]ectio. In diebus illis:
Angls dñi descendit cū azaria et
sociis eius in fornacē. et excussit
flamam ignis de fornace: et fecit
medium fornacis quasi uentum
roris flantem. Flama autē diffusa
est sup fornacem cubitis quadra
ginta nouem: et incendit quos
repit iuxta fornacem de chaldeis
ministros regis. qui eam incende
bant. Illos autē ñ tetigit omnino
ignis neque contristauit: nec quic
quam molestie intulit. Tunc hii
tres quasi ex uno ore ymnum di
cebant. et glorificabant deum:
in fornace dicentes.
Benedictus es domine deus
patrum nostrorum. Et laudabilis

N:o 35
1561
Finland